

75
dicti Azonis indutum, et ei similem
non modicum. Qui Johannes dictus
castra Luei, et conflicij dicto Johanni
comiti tradit. Negotio vero discooperato
Johannes de S. Georgio capitur, et omnes
stipendarii Nicolai junioris Marchionis
armis, et bonis omnibus hostiliter spolia-
tur. Sed quid ad laceratam Ravenna-
tem Ecclesiam, cujus bona unusquisque
prout potest, invadit? Inde ad dies Co-
smatus Ecclesiae Ravennati renunciat,
et Johannem ejus nepotem per Boni-
facium ordinari sollicitat, et procurat,
qui forte filius ejus fuit. Mortuoque
Bonifacio in papam Innocentius VIII
eligitur. Ante ejus electionem Roma-
nus populus dominium urbis de manu
Innocentii violenter accepit, et popula-
riter regunt. Post paucos vero dies dum
cives Romani XIII numero Pontremum
a papa instanter petierunt, Ludovicus
ejus nepos omnes tridecim trucidavit,
et mactavit, et de fenestris domorum
Sancti Spiritus de urbe ad terram deiecit,
unde commotus populus omnes aulicos